

*Si granum frumenti mortuum fuerit,
multum fructum affert.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 12, 20-33

In illo témpore:

- ²⁰ Erant Græci quidam
ex his, qui ascénderant, ut adorárent in die festo;
- ²¹ hi ergo accessérunt ad Philíppum,
qui erat a Bethsáida Galilææ,
et rogábant eum dicéntes:
«Dómine, vólumus Iesum vidére».
- ²² Venit Philíppus et dicit Andréæ;
venit Andréas et Philíppus et dicunt Iesu.
- ²³ Iesus autem respóndet eis dicens:
«Venit hora, ut glorificétur Fílius hóminis.
- ²⁴ Amen, amen dico vobis:
Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit,
ipsum solum manet;
si autem mórtuum fúerit,
multum fructum affert.
- ²⁵ Qui amat ánimam suam, perdit eam;
et, qui odit ánimam suam in hoc mundo,
in vitam ætérnam custódiat eam.
- ²⁶ Si quis mihi minístrat, me sequátur,
et ubi sum ego,
illic et miníster meus erit;
si quis mihi ministráverit,
honorificávit eum Pater.
- ²⁷ Nunc ánima mea turbáta est.
Et quid dicam?
Pater, salvífica me ex hora hac?
Sed proptérea veni in horam hanc.
- ²⁸ Pater, glorífica tuum nomen!».

Venit ergo vox de cælo:

«Et glorificávi
et íterum glorificábo».

²⁹ Turba ergo, quæ stabat et audíerat,
dicébat tonítruum factum esse;
álii dicébat:

«Angelus ei locútus est».

³⁰ Respóndit Iesus et dixit:

«Non propter me vox hæc facta est
sed propter vos.

³¹ Nunc iudícium est huius mundi,
nunc princeps huius mundi eiciétur foras;

³² et ego, si exaltátus fúero a terra,
omnes traham ad meípsum».

³³ Hoc autem dicébat
signíficans, qua morte esset moritúrus.

Verbum Dómini.